

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 2. An attributa diuina distinguantur à parte rei, vel inter se, vel ab
essentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

Damascen. sonales, & actus contingentes intellectus & voluntatis diuinæ. Hæc enim magis specialiter sunt attributa essentia, eoque sensu volunt aliqui dixisse sanctum Damascenum lib. de fide orthodoxa capite 4. Quacumque de Deo per affirmationem dicimus, non ipsius naturam, sed qua circa ipsius naturam sunt, ostendens. Sed de vero illius loci sensu dicimus in se iùs numero 57. Aliæ vero restitutions evidenter esse ad placitum, & non nisi sufficienti ratione. Porro in hoc tractatu, in quo de Deo ut uno disputamus, per attributa diuina, de quibus dicere aggredimur, intelligimus omnis prædicta, qua de Deo, quatenus unus est, verè & non identicè affirmantur, reiectis personalibus, & notionalibus, in euentrem tractatum, in quo de Deo ut Trino disputatur.

5. Attributū Cuius mul-
tiple est. Sic autem sumptum attributum diuinum multiplex est. Primo enim, quædam sunt positiva, ut esse bonum, iustum, sapientia: quædam negativa, ut esse infinitum, immensum, immutabilem. Secundo, quædam sunt absoluta, ut esse simplicem, unum, perfectum: Quædam relativa, ut esse omnipotentem, creatorem, iustificatorem. Tertio, quædam sunt transcendentia, qua per omnia entia genera diffunduntur, ut esse unum, verum, bonum. Quædam magis particularia, sed Deo tamen cum aliquibus creaturis communia, ut eis intelligentem, sapientem, volentem. Quædam Dei omnino propria, ut esse independentem, & esse aeternum et unitate strictè sumpta. Quartò, aliqua sunt ad constitendum veluti in se, sine ad constituendum in quodam esendi actu tantum. Quædam ad constituendum in virtute & potestate: & quædam ad constitendum in actu & operatione. Seu quædam sunt veluti forma ad esse, quædam potentia ad operandum, & quædam actus ad operationes. Exemplum primi generis est, esse simplicem, esse illimitatum. Secundi, esse intellectuum, voluntium, operativum. Tertiij, intelligere, velle, operari. Quinto, quædam sunt necessaria, & quædam contingencia: & inter haec, quædam ab aeterno Deo coniunguntur, ut esse prædestinante, esse intelligentem omnium contingitum: Quædam in tempore, ut esse creatorem, & esse Dominum, qua ante mundi creationem non poterant verè de Deo enunciari. Et necessaria vero quædam intelliguntur coniungentes Deo ad modum prædicatorum substantiarium, & per proportionem ad ea quæ in substantia creatis distinguntur à nobis in linea prædicamentali, ut esse substantiam spiritalē, viventem, & intellectualem, independentem & perfectissimam. Aliæ Deo videntur tribui per modum passionum seu propriatum, proportione habita ad creaturas: Et quædam eorum tribuuntur ut consequentia rationis in ente, ut unum, verum, bonum: Quædam ut consequentia rationes inferiores & magis proprias, ut esse pessime indivisi-
bile, & inextensem formaliter, esse prædictum intellectu, voluntate & omnipotencia.

Sexto denique, aliqua sunt qua de Deo dicuntur metaphoricè, ut penitentia, dolor & similia, qua imperfectionem in suo proprio & formali significato inuoluunt: Alia propriè, ut sapientia, justitia, misericordia, ceteraque omnia qua in sua formali ratione non inuoluunt imperfectionem. Quorū plurima, licet ex creaturis desumpta sint, abstracthantur tamen à nobis, & altius concipiuntur secundum suas formalitates, separando eas ab esse creato, & secundum se illas concipiendō, quo pacto verè ac propriè Deo conueniunt. Sed ut rectè D. Thom. aduerit qu. 13. artic. 3. in eiusmodi attributis affirmatiis, sumptis ex rebus creatis, duo considerare est. Scilicet perfectiones ipsas formaliter significatas, ut sapientiam, bonitatem, justitiam, misericordiam: & modum significandi, vel in concreto per modum compositionis, qua in Deo non est, vel in abstracto per modum formæ, qua imperfectionem etiam inuoluuit. Quantum igitur ad id quod significant huiusmodi nomina, probatricē competit Deo, & magis propriè seu perfectè ipsi, quam creaturis. Quantum verò ad modum significandi, non dicuntur de Deo propriè, habent enim modum significandi qui creaturis competit. In attributis vero negatiis horandum est, quod licet voce & significanti modo sint negativa: materiales tamen significatum ipsorum est perfectio quædam positiva, quam negatione declaramus; sicut differentiam brutorum & in stituacionem, verè positivam, declaramus per irrationale. Item quamvis nomina illa desumuntur à creatis imperfectionibus, quas in obliquo significant & connotant nomina illa negativa, ut incorporeum, corpus; immutabile, mutationem; & sic de alijs. Perfectio tamen quam in Deo significant, non est quid dependens ab huiusmodi imperfectionibus, sed Deo coniuncta absolute sine ordine ad illas. Dicitur plura Suarez, tractat. 1. lib. 1. cap. 9. Vasquez disp. 116. cap. 1. & Gill. lib. 2. tract. 2. cap. 5. Attributæ negatiæ Dei significant alia quam eius perfectionem.

6.

D. Thom:
Nomina
sumptis ex
rebus crea-
tis quo-
modo Deo co-
nentur

Suarez.
Vasquez.
Gilius.

Suarez.
Vasquez.
Gilius.

SECTIO. II.

Æ Attributa diuina distinguntur à parte rei,
vel inter se, vel ab effusione.

Partem affirmantem docuerunt Gualterus quidem relatus à Nyphe in dilucidario, lib. 12. Metaph. disputatione 13. cap. 3. & Scotus in primo distinct. 8. quæst. 4. quorum ille affirmauit realiter distinguiri: Ita, formaliter ex natura rei. Quam distinctionem formalem ex natura rei, Scotus vult esse actu in re ipsa, nemine cogitante, & esse medium inter realē & rationis: quicquid dicunt nonnulli quoniam Scotum ab hoc errore excusantur, voluisse quecumque cum logico solūm de distinctione rationis. Sic enim habet dist. cit. 12. art. 4.

Gualter.
Nyphe.
Scotus.

Disput. III, de Deo, Sect. II.

43

Sed ad questionem respondeo loquens de distinctione quae est inter sapientiam, & veritatem diuinam: *Est ergo ibi distinctio præcedens intellectum omni modo.* Vnde sapientia in re formaliter non est veritas in se. In eumque sensu Gregorius Ariminensis, ibidem, & alij melius intelligentes, Scotum interpretantur: & argumenta quæ ibidem adducunt, quæque nos infra referemus & refutabimus, id probare contendunt. Hæc tamen sententia est omnino rejecienda, & non immerito naturatur à multis graui censura, ut aperte repugnans sanctis Paribus, & Conciliorum definitionibus, communissimæque sententiæ Theologorum, cum D. Thoma q. 10. de potentia a. 3. & in 1. dist. 2. q. 1. a. 2. & 3. affirmantium attributa diuina nullo modo distinguuntur à parte rei & in seipsis, neque inter se (exceptis relativis personâlibus de quibus hic nō loquimur) neq; ab essentia. Quod intelligunt etiam de attributis negatiis, quoad perfectionem quam in Deo significant: non tamen quoad negationem formaliter: illa enim distinguitur à Deo ut non ens ab ente.

Gregor. in
t. dist. 8.
quest. 1.
art. 1. ipso
initio.

Attributa
diuina
non distin-
guuntur
inter se à
parte rei.

Lacran.

Probatur primò effector ex definitione Lateran. sub Innocentio III. cap. 1. de summa Trinitate, affirmantis tanquam fide diuinâ certum, *Deum aeternum, immensum, omnipotens, incommutabilem, incomprehensibilem, & ineffabilem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, esse unam essentiam, substantiam seu naturam simplicem omnino.* Et cap. 2. §. Nos autem, sic habet: *Nos autem sacro & universali Concilio approbante, credimus & confidimus quod una quædam res est, incomprehensibilis quidem & inaccessibilis, qua veraciter est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, tres simili persona, ac singulatim qualibet eamdem.* Et ideo in Deo Trinitas est formulando non quaternaria: quia qualibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, sua natura diuina. Et paulò post: *Pater ab eterno Filium generando, suam substantiam ei dedit.* Ac dico non potest quod partem sua substantia illi dederit, & parum retinuerit ipse sibi: cum substantia Patri indivisibilis sit, ut ipso simplex omnino. Hucusque Concilium.

Quibus ultimis verbis præcluditur effugio Gualteri, & Scotti, affirmantium, non obstante distinctione, attributorum in re, substantiam tamē diuinam esse simplicem, id est, expertem compositionis realis: quia non est compositione inter duo distincta, nisi unum ut actus aliud ut potest coparentur, & vniuntur, vel inter se, vel respectu alterius tertii quod componant: essentiæ vero & attributa, vel inter se, vel cu essentia non ita comparari: propriea quod in Deo nihil habet rationem potentia, sed quicquid est, est Deus purus qui sicut ab intrinseco & ex se habet necessitatem essendi: Ita ex se eadem necessitate habet modum ita essendi. Præcluditur igit̄ hoc etiungum, quia Concilium exclusit partes quæcumque à substantia diuina, non tantum partes componentes. Item enim excludit omne genus partem ab illa, quia omnino simplex est: significat sim-

plicitatem omnimodam non excludere tantum partes potentiales, vt fingit Scotus: sed absolute partes generis cuiuscunq; Adde continuum non fore compositum in sententia Scotti, si per potentiam intelligit passuum. Nulla enim partium integrantium & quantitatuarum, ex quibus continuum coalescit, est in potentia passiva ad similitudinem. Sin autem per potentiam intelligit visibilitatem quomodo cumque impossibile est inter essentiam & attributa esse unionem, sine tali potentia. Quare vel non vniuntur: & sic Deus erit quoddam aggregatum ex multis entitatibus (neque enim putat Scottus ea in tertio quodam identificari, vt neque putat identificari personas in essentia: in modo ex eo quod distinguntur inter se, inquit, distingui ab essentia quia in diuinis, etiam in absolutis & communibus attributis, Deo, quia unus est, conuenientibus valet, inquit, hoc axioma, Quæ non sunt eadem inter se, non sunt eadem vni tertio). Vel, inquam, non vniuntur: quod est absurdum, supposita distinctione: hoc enim Deus non es sit vnum ens per se, sed aggregatum ex multis: Vel si vniuntur, habent potentiam ad hoc ut vniuntur. Quæ potentia sine coniuncta necessarij cum actu, vel non: nihil refert ad compositionem. Quæcumque neque attributa diuina contingentia talem habent necessitatem, cum poterint non esse causa ratione quæ sunt contingentia. Denique per potentiam intelligit Scottus capacitatem quamcumque: capi non potest quomodo essentia diuina sit sapiens, volens, intelligens, non per suam entitatem, sed per sapientiam, voluntatem, & intelligentiam superadditam, cuius tamen capax non sit. Est quoque impossibile, & propterea inintelligibile, Deum esse formaliter intelligentem, voluntem, sapientem, per intellectum, voluntem, & sapientiam, quia neque sit idem cum illo, neque illi vniatur. Sunt enim haec denominatio[n]es latrinas. Ergo si forma à qua sumuntur, est distincta à subiecto, debet illi esse intrinseca per unionem cum illo. Anqui enim non afficitur intrinsecè.

Non est
Deo qua-
teritas.

Præterea, in verbis supra relatis Conciliis Lateranensis, negatur esse in Deo quatenus teritas: quæ non minus foret, si attributa distinguenterentur in re, vel inter se, vel ab essentia; quam si persona distinguenterentur ab illa. Vbi cumque enim est distinctio; tam vere & propriè est multitudine, quam est distinctio. Quia esse distincta, est non esse idem: quæ autem non sunt vnum & idem, sunt multa. Ergo quam vere & propriè sunt distincta, tam vere & propriè sunt multa. Ergo ubicumque sunt vere ac propriè quatuor distincta, est vere ac propriè quaternitas. Atqui iuxta sententiam Scotti sunt vere ac propriè quatuor, uno & longè plura, & infinita, distincta in Deo, si non modo proprietates relativæ & essentia, sed etiam attributa absolute, & communia tribus personis distinguuntur à parte rei, & inter se. & ab essentia: Ergo in Deo est vere & propriè qua-

4.
In la-
tice
in es-
tentia
& substan-
tia diuina.

gernitas, immo & longè maior pluralitas: quod est contra definitionem Concilij Lateranensis. Russus idem Concilium verbis supra relatius cap. i. affirmat Deum æternum, immenso, omnipotentem, incomparabilem, incomprehensibilem, & ineffabilem, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum esse unam essentiam, substantiam, seu naturam, simplicem omnino. Quid repetit cap. sequenti, ea que de causa ait Patrem, communicasse Filio partem huius substantiarum, & partem sibi retinuisse, cum partibus careat, ut pote simplex omnino. Atqui si attributa essentia diuinæ essent in re distincta: natura seu substantia diuina, quæ ex illis coalesceret, non esset simplex omnino. Quidquid enim constat & constituitur ex pluribus in re, non est simplex omnino in re. Item falsum est. Quod ait Concilium naturam diuinam carere partibus. Nam manifestus vocum abusus est, & electio definitionis Concilij, dicere ea ex quibus in re distinctis inter se, totum aliquod re ipsa coalescit & constituitur, non esse vere & in re ipsa partes illius totius. Totum enim & partes correlativa sunt. Item si proprietates personales distinguerentur in re ab essentiâ, ut idem Scotus opinatur: persona in diuinis adderet essentia aliquid distinctum in re, & persona ipsa, ratione illius additi, distinguetur in re natura. Ergo non esset idem cum illa. Ergo non posset natura affirmari simpliciter & categorice de persona, per verbum est. Quia ait ergo, persona est natura, et dicere personam esse idem cum natura. Idemque est genus omnium similium propositionum: in quibus, ut vera sint, recte prædicati debet esse idem cum recto subiecti. Ergo falsum est quod ait Concilium, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum simul, ac singula ipsa quamlibet trium personarum diuinarum, esse naturam seu essentiam diuinam.

Respondebit aliquis pro Scotti opinione, distinctionem formalam ex naturâ rei, non esse simpliciter loquendo & absolute distinctionem. Quia nos est realis simpliciter, sed media in re distinctionem realem & rationis. Vel scilicet quidam recentiores loquuntur ad divisionem magis, quam ad sincerè tuendam Scotti sententiam, non est physica distinctione, sed tantum logica seu rationis in re. Quare scilicet distinctione rationis attributorum non damnatur verbis ex Lateran. Concilio relatius, neque repugnat Dei simplicitati: ita nec formalista distinctione ex natura rei, vel logica, seu rationis in re.

Sed contra primò: Omnis vera distinctione, & à parte rei existens, inter ea ex quibus aliquid contrahitur, repugnat omnimodo illius simplicitati. Neque enim vere dici potest est omnino simplex, quod vere à parte rei est compositum ex multis. At Concilium sit naturam diuinam esse simplicem omnino. Distinctio vero illa, quo cumque nomine appellatur, est vere à parte rei, iuxta doctrinam Aduersoriorum.

Deus est
simplex
omnino.

Excluditur
à Deo di.
stinctio ra.
tionis p[ro]p[ri]e-

Secundò, Omnis distinctio, quæ est, vere & simpliciter à parte rei, est realis simpliciter. Atqui, per aduersarios, distinctio attributorum diuinorum, putat intellectus & voluntatis, iustitia & misericordia, est vere & simpliciter à parte rei. Quod enim vere sit, fatentur illi: quod autem simpliciter, probo, quia illa distinctio est simpliciter à parte rei, quæ tota quanta est, à parte rei est, & nullo modo per rationem. At distinctio attributorum diuinorum est huiusmodi iuxta aduersarios. Tertiò, ideo solùm ab illis dicitur esse minor ista distinctio, & media inter realem & rationis, quia extrema distinctionis ita se habent, ut unum sine alio esse non possit, saltem mutuâ separatione. Quo etiam pauci philosophantur de modis, & de attributis essentialibus creaturarum, quæ similiter distingui putant formaliter ex natura rei, vel logicè in re. Verum si quis bene attendat, videbit non esse propter ea inter illa minorem distinctionem; Sed tantum minorem separabilitatem. Aliud enim est distinctio: & aliud separatio: possuntque esse inseparabilia, etiam ta quæ ipsi fatentur esse simpliciter & reali maiori distinctione distincta, ut Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Distinctio propriè loquendo in eo solùm consistit quod unum non sit aliud. Ergo ubique vnum non est aliud, & equalis distinctio. At ubique vnum se totum non est aliud, nec quicquam illius, est quæ non aliud; & tam non est istud, quæ quodvis aliud non est idem quo distinguuntur. Est enim ubique distinctio totalis: & distinctio totalis est positiva in indivisiibili, id est, in eo quod nihil vnius eorum quæ distinguuntur totaliter, est quicquam alterius. Ergo est equalis distinctio eorum omnium quæ totaliter, id est, se totis distinguuntur à parte rei: siue possint separari, siue non possint. Dixi, eorum quæ totaliter distinguuntur à parte rei: Quia non nego minorem esse distinctionem illam, quæ est inter quæ, inter totum & partem, includens & inclusum: ex parte enim non distinguuntur: quia ex parte, id est, secundū quid id est sunt. Same si aduersarij non propter eam negant hanc distinctionem esse reali maiorem, cummodo totum, quoad id quod separatur, & pars, & includens, & inclusum, separari possint.

Cum ergo distinctio totalis sit equalis in omnibus in quibus reperitur, & attributa una diuina, iuxta aduersarios, distinguuntur totaliter, id est, se totis: ut intellectus, & voluntas; iustitia, & misericordia; amor Petri existentis in gratia, & odjusa eiusdem existentis in peccato mortali: male ab illis vocatur hæc distinctio realis minor, cum sit quænta esse potest inter illa alia realiter distincta. Adde, quæ actus liberi & contingentes intellectus & voluntatis diuinæ, possunt mutuo separari, quatenus unus sine alio esse potest mutuo & reciprocè. Porro enim esse amor Petri, siue eiusdem odio, & partem

12.

Distinctio
totalis à
parte rei est
equalis in
omnibus.

Disp. III. de Deo, Sect. III.

45

Omnis distinctionis à parte rei, est physica. sine amore: sicut Petrus potuit non esse in statu gratiae, vel non esse in statu peccati. Quartio, manifestus vocum abusus est, & contradicatio in terminis, dicere illam distinctionem, qua est verè à parte rei inter duo physicè existentia, non esse physicam, sed logican tantum, vel rationis in re. Nam ea quæ sunt physicæ, ac non tantum moraliter, aut obiectuè per conceptum; & secundum id quod sunt, distincta sunt: physicè distinguuntur: quia esse physicum unius, non est esse physicum alterius: & neutrum illorum est alius secundum id quod physicè est. Ergo sunt duo secundum esse physicum, & secundum illud quod physicè sunt. Ergo sunt duo distincta in esse physico, & duplex esse physicum. Ergo sunt duo entia physica, ac proinde duo physicè distincta. Vbi cumque enim est distinctio, est pluralitas eodem modo, & secundum illud esse in quo est distinctio. Secundò, omnis distinctionis qua est immediatè vi alicuius actionis physica, est physica. Actio enim physica non potest nisi ad aliquid physicum immediatè terminari. Atqui distinctionis inter essentiam & proprietas personales Filij & Spiritus sancti, est immediatè vi alicuius actionis physicae, nempe vi generationis & spirationis actiū: Ceteraque omnia attributa diuina, si distinguuntur in re ab essentia, vult Scopus; debent ab ipsa prouidi per aliquid realē & physicā actionem, cuius finis terminus immediatus: similiterque attributa essentiale creaturarū producuntur immediate, scilicet & physicā actione, per quam creature sunt, & accipiunt à Deo, vel à causis secundis, quidquid sunt. Ergo si est inter illa distinctionis à parte rei, est physica: ut pote existens immediatè vi alicuius actionis physica.

^{14.} Tertiò, contradictio manifesta in eo est, quod dicitur esse logica tantum, & tamen esse in re: & estis distinctionis rationis in re. Quād enim implicat aliquid esse tantum logicè, seu per rationem, & tamen esse in re: tam implicat aliquid distinguunt tantum logicè seu per rationem, & tamen distinguiri in re. Neque enim distinguunt nisi per id quod est. Item quād implicat aliquid esse tantum per rationem, & tamen esse in re independenter a ratione, & ante omne opus rationis; tam implicat aliquid distinguunt tantum per rationem, & tamen distinguiri in re independenter a ratione, & ante omne opus rationis, ita ut ratio, seu intellectus, non faciat illam distinctionem, sed iugenerat. Denique si distinctionis illa est in re, & independenter ab intellectu; ratio ad illam, eni m impertinet; & impertinenter atque ineptè vocatur distinctionis rationis in re: non minus quād si distinctionis hominis à leone, vocaretur distinctionis rationis in re: & essentia hominis per quam distinguuntur à Leone, vocaretur essentia rationis in re. Neque enim minus est impossibile distinctionem aliquam, que sic actu operationi intellectus, non esse realē: quam aliquid esse, cuius existentia precedat

ominem operationem intellectus, & tamē non sit reale, sed rationis. Neque vero pars ratio de huiusmodi distinctione, ac de distinctione rationis. Nā distinctionis rationis nō est distinctionis ipsius rei; sed ex iugenerat tantum denominatio à conceptibus distinguenteribus, ut explicabitur inferius. Quare res non definit esse in se, & vero, simplex unus, quamvis diversis conceptibus inadæquatis possit concepi, & ab eorum distinctione denominari extrinsecè, distincta. Concilia autem loquuntur de rebus, prout sunt in se ipsis. Manet ergo probatum, vana esse omnia Scientiarum effugia, quibus Concilij Lateranensis definitionem eludere conantur.

SECTIO III.

Confirmatur eadem veritas pluribus argumentis.

Robatur secundò eadem veritas ex Concilio Rhemensi sub Eugenio III. in quo contra Gilbertum Porretanum definitum fuit, non esse diuidendum inter Deum & Deitatem; inter personam & naturam: ac simplicem natum diuinitatis esse Deum: ne nisi sapientia, qua ipse Deus est, sapientem esse: nec nisi magnitudo, qua est ipse Deus, magnum esse: &c. De qua tamen definitione vide Vasq. disp. 120. cap. 2. Atqui si proprietates relationes personales distinguuntur in re à Deitate: persona quoque distinguenter ab illa. Ergo persona non est distinctio: estetque diuisio seu distinctionis inter Deum & Deitatem, personam & naturam. Quare falsa est illa Concilii definitio. Item si attributa essentiae diuina sunt in re distincta; natura diuinitatis non est simplex, quia ex multis coalescit. Neque sapientia, qua Deus est sapiens, est ipse Deus. Quia quod in re distinguitur ab alio, non est aliud, neque potest de illo firmari in resto. At sapientia distinguitur in re à Deo, si distinguitur in re ab essentia.

In eodem Concilio art. 1. sic dicitur: ¹⁵ In Theologia inter essentiam & personam ratione non distinguantur. Per rationem autem distinguuntur in Theologia, intelligit rationem distinguendam in re, iuxta sensum & errorem Porretapi quem refutat, ut bene ostendit Vasquez cit. Othono Frisingensi scriptore illius temporis. Et art. 3. sic habet: Credimus nullas omnia res, sine relatione, sine proprietate, sine singularitate, sine unitate, & c. adesse Deo, quae sunt ab eterno, & non sunt ipse Deus. Quā verborum multiplicitate Concilium volunt omnem distinctionem in re à Deo remouere, quoconque tantum nomine appellatur, sine formalitatib, sine rationib in re, quæ certe à distinguuntur à parte rei, non possunt negari esse unitates, & facere numerum à parte rei: omnis enim distinctionis in re est inter duo in re. Vbi autem sunt duas, & est dualitas confusa duabus unitibus. Itē

Concilium
Rheinense.

Inter Deū
& Deitatem
non est dis-
tinctio.

Vasquez.